

hastam dextra librans manu, ad sinistram viam in expeditionem properat. Infrà. Q. P. L. I. P. V. S. ROMA. Nummus hic argenteus à me conspectus Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccheru.

In una parte.

199. Pietas Dea effigiatur tutulata, capillo modicè contorto, laevo obtutu. ad ceruicem dea lego. PIETAS. Subter mento. erat nota. O.

In altera.

Humanae pietatis, ac gratiae exemplum proponitur. Herennius enim sublatum humeris, è consternatorum suorum aceruo, repertum ex interioribus unum, ne id ignominiae Romano inferatur romini, accedatq; caedauer barbarorum gloria: asportat fortiter.

Inscriptio. M. HERENNI. Nummum hunc argenteum uidi Roma apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

200. Apollo uidetur laureatus, laevo ore. Inscriptio. L. METEL. A. ALB. S. F.

In altera.

Romam dominantem in Paropliam sedentem, tunicâ ac patagiùm indutam, hastâq; muritam, accedens Victoria à tergo corona donat laurea, laeva tenens palmam. Inscriptio. C. MAR. infrà. ROMA. Hunc nummum argenteum meminî me uidiſſe Romae apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

201. Cephalicon uideo uirile, senili aspectu, laevo, barba densa. ad cuius synciput sunt litera. Q. S. C.

In altera.